



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DXXVIII. Markgraf Woldemar läßt die Gattin des Grafen Günther von
Kevernberg und Lüchow mit dem Schlosse und der Stadt Lüchow zum
Leibgedinge investiren, am 17. Juli 1319.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

ptis, quod servare volumus et servabimus, predictum electum et confirmatum et suam Sverinensem Ecclesiam indemnes omnino circa premissa omnia et singula, non tantum jam illata damna, verum etiam circa quaecunque alia, que sibi et ecclesie sue occasione nostri adjutorii inferri, quod absit, contigerit infuturum. Volumus quippe captivos redimere, deperdita solvere et damna quolibet integraliter resarcire, Hoc nobis salvo, quod lucrum et quodcunque emolumentum ex suorum adjutorio nobis proveniens cum Sverinensi ecclesia dividere non cogamur. Preterea promittimus et obligamus nos ad hoc, quod omnia et singula jura sua et Ecclesie sue, que manifesta sunt, vel que doceri poterint, in territoriis nostris sibi et ecclesie sue libera et salva servabimus et ipsum et suam ecclesiam a quibuscunque jura sua perturbantibus seu impediendis efficaciter defendemus. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Nach Franke's Mecklenb. Lib. VI, Cap. 3. p. 22. Schöder's hist. Mecklenb. p. 3009.

DXXXVIII. Markgraf Woldemar läßt die Gattin des Grafen Günther von Keuernberg und Lüchow mit dem Schlosse und der Stadt Lüchow zum Leihgedinge investiren, am 17. Juli 1319.

Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, nobili Domine Mechtildi, Comitisse in Keuernberg et in Luchoue, sincere promotionis desiderium cum affectu. Tenore presentium tibi conferimus castrum et civitatem Luchowe cum uniuersis bonis, villis, vasallis ac hominibus, cum omni jure, honore, commodo et libertate et distinctionibus, sicut nobilis vir, Dominus Guntherus, Comes de Keuernberg et de Luchoue, tuus conthoralis, a nobis in feodum tenet, iusti dotalitii nomine pacifice possidendum, mittentes tibi feodum seu inuestituram predictorum omnium et eorum cujuslibet per Geuehardum, dictum de Dannenberg famulum, nostrum vasallum, et volentes hanc inuestituram tibi per dictum famulum, ad id nostrum speciale habentem mandatum, presentandam, non minus solemnem, ratam et gratam censer, quam si fores per nos presentialiter inuestita. In cujus rei testimonium presentem tibi dari fecimus literam, nostro sigillo ac annotatione subscriptorum testium ad hoc rogatorum specialiter communitam. Testes vero sunt hii, venerabilis pater Dominus noster Borcardus sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, illustris princeps Dominus Otto Dux Brunsvicensis, noster auunculus, Reverendus pater Dominus Henricus ecclesie Havelbergensis Episcopus, Nobiles viri Otto de Valkenstein, Buffo de Mansueld, Garduinus de Hadmersleue Comites, Droifeko noster dapifer, Guncelinus et Buffo de Bertensleue, Fritzo et Henricus de Schepeliz, Redeko noster Marscalcus, milites, Euerardus prepositus Berlinensis et Hermannus de Luchoue nostri Capellani cum aliis fide dignis. Datum in castris ante Arksleue in nostra presentia, anno domini M. CCC. XIX. feria tertia proxima ante diem S. Marie Magdalene.

Nach Boehmeri Observat. Feudal. p. 252. Darans auch abgedruckt in Gercken's Vermischten Magazin III, 269.